

**7867** Nepos dec. | pavimentum in | ossuario et | subscalaria d. s. p. d. d.<sup>1</sup>, | C. Caesare L. Paulo cos.<sup>2</sup>

*Romae rep. in vinea Codinia, prope sepulcrum in quo N. 7895, non in eo, pavimentum operis musivi (VI 5551 vidit Henzen; specimen litterarum Huebner ex. scr. epigr. n. 56). — 1) De sua pecunia dono dedit. — 2) A. p. Chr. 1.*

**7868** Mellax Veidianus<sup>1</sup> | decur. iter. | parietes et camaras | scalariorum<sup>2</sup> opere | tectorio expolitum | d. s. p. d. d. | C. Caesare L. Paulo cos.<sup>3</sup>

*Romae in ripa dextra Tiberis rep. (VI 34013 descr. Vaglieri). — 1) Servus fuerat P. Vedii (vel Veidii) Pollionis (cf. supra N. 409) antequam in novam familiam (Augusti sine dubio) perveniret. De Veidianis his cf. etiam supra N. 1948. 5238. — 2) Alius servus Vedianus scalaria prima opere tectorio expolienda et pavimentum eodem loco d(e) s(uo) f(ecit), teste titulo VI 40377. — 3) A. p. Chr. 1.*

**7869** P. Rubrius Trophimus et P. | Rubrius Agatho solarium | refecerunt et vermiculum | straverunt, item pavimentum | spicam<sup>1</sup> straver. et sedilia | circumitum refecerunt impensa sua, | L. Nonio Torquato Asprenate, | T. Sextio Magio Laterano cos.<sup>2</sup>

*Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 25527 vidit Henzen). — 1) Cf. Vitruv. 4, 1, 7. — 2) A. 94.*

*Ad idem sepulcrum videntur pertinuisse VI 5546. 9245.*

**7870** T. T. Cocceii Gaa et | Patiens, quaest. III<sup>1</sup>, | mensam quadratam in trichil.<sup>2</sup>, | abacum cum basi, horológium, | labrum cum fulmentis marmor., | putiale (sic), crustas supra parietem | itineris medi cum tegulis, columellam sub horologio Tiburtina  $\gamma$  (sic) | protectum ante porticum, trutinam et pondera<sup>3</sup>, d. d. s.<sup>4</sup> posuerunt | et locum post maceriam ulteriorem | emendum ustrinasque de consaepto | ultimo in eum locum traiciendas, et | iter ad eum locum ianuamque beneficio et liberalitate T.<sup>5</sup> patroni facienda curaverunt. | Idemque vitium pomorumq. et florum | viridiumque omnium generum | seminibus ea loca, quae T. p.<sup>6</sup> decurionibus suis adtribuerat, ex pecunia publica adornaverunt, | Sisenna Tauro L. Scribonio Libone cos.<sup>7</sup>

Impensae causam, titulum qui perlegis, audi |

et iustam, quaeso, pietatis percipe curam. |

Quis vera, ut cupiant concorde vivere, mens est, |  
hos animos spectent atq. haec exempla sequantur. |

<sup>5</sup> Haec loca, dum vivent, libeat bene cuncta tueri, |  
post obitumq. suum tradant tum deinde futuris, |  
ne deserta vacent ignotis devia busta, |  
sed tuta aeterno maneant, si dicere fas est.<sup>6</sup>

*Romae rep. ad viam Labicanam, iam Stockholm (VI 40257 vidit Wallenbach). — 1) Quaestores tertio. — 2) Trichilinio, cf. N. 7889 (not. 1), potius quam: tri-*